

## CONFERIMENTO DI BENEFICIO CON DISPENSA

1359, maggio ..., Calvi.

cc. 142rv

Iohannes, Pisane sedis archiepiscopus, presbitero Iohanni, rectori ecclesie sancte Lucie de Talano, Aiacensis diocesis. Cum tu qui asserebas te detentorem suprascripte ecclesie, constitutus in nostra presentia, sponte dixeris et confessus fueris te dictum benefitium et rectoriam habuisse et habere illicite ex eo quod, patiens defectum natalium, de presbitero genitus et soluta, dictum benefitium sine dispensatione legiptima es adeptus; nosque declaraverimus te dicti benefitii illicitum detentorem teque removerimus ab eodem; tecum dispensaverimus super defectu natalium prelibato, quod, eo non obstante, possis licite ministrare et benefitium ecclesiasticum retinere. Nos dictam ecclesiam tibi conferimus, comictentes presbitero Guarito, rectori ecclesie sancti Nicolay de Levese, Aiacensis diocesis, et presbitero Ansaldo, rectori ecclesie sancti Adornini de Cevaco, Aiacensis diocesis, quod te in possessionem eiusdem ecclesie inducant.